

kic quidem in ruinam venit eis, quos iam de erroribus elegit, iam in sanguine suo, & morte baptizauit. Sicut ait apostolus. Quotquot baptizati estis in Christi morte baptizati estis, ad Romanos. 6. quos iam charactere suo insigniuit, quorum fronti triumphale signum impressit, ac sua familia ascripsit. Vnde eis, quibus omnia hec frustra contigerunt, frustra quidem ad salutem, sed non frustra ad peccatum, quia postius est in ruinam. Contra quos per Esaias. cap. 1. canitur. Filios inquit enatriui, & exaltaui, ipsi autem preuerterunt me. Filios genuit in lauacro regenerationis. Enatriuit, non quoconque pane, sed pane angelorum, qui defuserunt celo descendit, imo qui celos creauit: Et exaltauit, dans eis potestatem filios Dei fieri, vel super omnes nationes eos sibi proximando. Non enim est alia natione tam grandis (loquitur Moyses Deuteronomio 4.) quae habeat deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster. Vnde qui super haec omnia spreuerunt eum. Ex quo in primis damnatur eorum error qui putant ad salutem sibi sufficere fidem informem cum baptismo, impudentes sibi illud Marcum ultimum. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit non attendentes, quod sequitur. Signa autem eos, qui crediderint, hec sequentur. Quorum errorem in multis locis alias dannat dominus, & in epistolis discipuli eius. Nam & de diabolo dominus ait. Iob. 40. Absorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciani quod influat Iordanis in os eius: Quod expone Gregorius, homil. 16. ait. Antiquus hostis generis humani fluuium absorbut, quia à mundi origine usque ad redemptorem aduentum vix paucis elefas euidentibus, in ventre suæ malitiæ genus humanum traxit. Nec miratur, quia pro magno non habet cum infideles rapit. Sed graue est valde, quod additur. Et habet fiduciam &c. quia postquam infideles quoque ab origine mundi rapuit, adhuc se fuscipere posse etiam fideles praesumit. Nam ore peccati per conversationis eos quotidie deuorat,

in quibus à confessione fidei vita discedat.

Sed ad nostram auisationem videamus, quibus venit in ruinam: Venit in ruinam sine dubio omnibus qui sibi co-tradicunt, non verbo, quod infidelium est, sed facto. Ore quidem confitentur se nosse Deum, factis autem negant. ad Tit. 2. Et quoniam in omnibus, quæ accidunt homini contingit contradicere domino, vel conformare eidem, sequitur quod in omni statu venit quisbusdam ad ruinam, aliis ad resurrectionem. Extende ut placeat & pone exempla prout loco, & tempori congruit ad populi correptionem. Loco sermonis secundi recipe sermonem de festiuitatibus Christi, & prorsertim sermonem 12. in ordine omnium, quæ est pars secunda sermonis quinti de nativitate Christi, qui bene valet ad propositum applicato ad hunc themate. Puer autem crescebat, & confortabatur &c. Habet etiam sermo in parte de festiuitatibus Christi, dominica infra octaua nativitatis Christi.

Quibus
venit in
ruinam,
& resur-
rectione.

DOMINICA INFRÆ

octa. Epiphaniae Sermo. I.
in ordine. X.

NESCIEBATIS quia in his,
quæ patris mei sunt oportet me esse Luc. 2.

Quoniam mundo toto errorum te nebris obducto, viuens à veritate vix paucissimi dempti declinabant. Ideo venit ad nos via vi errantes reduceret lux vera, quæ obtenebratos illuminaret, Christus scilicet dominus per carnis assumptionem, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum sicut prædictus Esaias. nono capit. Habitantes in regione umbra mortis lux orta est eis. Et dominus ipse. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Ioann. octauo. Ab initio itaque nativitatis imo Conceptionis suæ in

Toto in
mundo
in tene-
bris iacé-
te venit
Christus
prædicá-
tor opti-
mus.